In Bib. Zalu: Ex MS Cancel: Jacob. Zadzik

1616, d. 8. Januar.

# Literæ Sacræ Regiæ Majestatis ad Imperatorem Turcarum per Gregorium Kochanski.

Serenissime Princeps etc. Non latere Serenitatem Vestram existimamus, quemadmodum hoc tempere Autumni Chamus Tartarorum cum Exercitu fines Nostros, nobis minime id spectantibus, et Fædera inter Nos et Serenitatem Vestram ito, nihil hostili eventurum existimantibus ingressus Provincias, ditionesq; Nostras populatus sit, cædem ingentem innoxiorum hominum fecerit, Oppida et Villas ferro et igne absumpserit, captivos in miseram servitutem abduxerit, pecorum, pecudumq; greges abigerint, neq; quic quam eorum quod ab infesissimo hoste fieri solent prætermiserit.

Facile quidem nos gravem et acerbam istam Subditorum Nostrorum injuriam ulcisci potuissemus ultro enim sese offerebant

bonis

bonis, fortunisq exuti homines Nostri, qui ut refe-
rend. injuriæ potestatem illis faceremus flagita-
bant, sed nos memores quando hac de re mu-
tuis temporibus iur. fœderibus præscriptum sit
impetum quidem subditorum Nostrorum arma
poscentium repressimus, ad Serenitatem Ve-
stram de eo primum referre voluimus. Qua-
propter mittimus ad Serenitatem Vestram Gnum
Gregorium Kochanski nuntium Secretarium
et Aulicum nostrum cui mandavimus ut
imprimis Stti Vræ referret nos ea esse erga
Stem Vram voluntate, qua majores Nri qui
cum Ssma Domo Ottomanica Pacis et
bonæ vicinitatis cum diligentissime coluerunt
erga Serenitatis Vestræ majores fuerunt.
Vicissim quoque de Serenitatis Vestra erga Nos
animo certam habere nos fiduciam, ut o-
mnia ea quæ ad conservandam Nobiscum
amicitiam pertinuerint. Serenitatem Vestram
facturam certe nobis persvadeamus. Plu-
ribus hæc et alia quæ à Nobis in Commissis
habet idem Nuntius Nr Stti Vræ exponet cui ut eadem
referenti Stas Vra plena fide habeat amice postulamus. Quod
reliquum Stem Vram etc. Datæ Varsa 8. Januarii M.DC.XVI.